

Romulus, postquam urbem condidit, centum ex senioribus («i più anziani») civibus legit, | quos senatores appellavit propter senectutem. | Senatorum consilio regnavit atque omnia egit. | Senatorum numerus prope idem («quasi identico») fuit sub aliis regibus Romanis, | sed post reges exactos («dopo che i re furono cacciati») senatorum numerus auctus est, | | quod viri qui summos magistratus gesserant iure senatores fiebant («diventavano»). | Senatores etiam patres appellabantur, quia et in secundis et in adversis rebus rei publicae tutores putabantur. | Antiquis temporibus senatus tantum ex patriciis constabat, | sed, postquam magistratus, qui aditum ad senatum dabant, etiam plebi patuerunt, plebei quoque senatores facti sunt («divennero»). | Cum Roma in magno periculo fuit, servata est non solum civium constantia et exercitum virtute sed etiam auctoritate atque prudentia senatus.

correttezza morfo-sintattica

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|----|
| | | | | | | | | | |

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome

classe *IIC* data *11/3/2006*

282 Esempi di coraggio

Quia tribuni plebis Saturnius et Equitius ac praetor Glaucia magnos seditionis motus in civitate excitabant | senator M. Aemilius Scaurus iam senex arma ad rei publicae salutem cepit, | atque armatus ante Curiae fores stetit donec («finché») ictu saxi vulneratus est. | C. Caesar, quod acies sua propter Nerviorum multitudinem inclinabatur («ripiegava»), | rapuit scutum militi et strenue pugnare coepit («cominciò»): sic aciem restituit. | | Q. Occius, qui ob fortitudinem suam Achilles cognominabatur, quia miles ei rettulerat («aveva riferito»): | «A viro Celtibero provocatus es!», | statim a mensa surrexit, cum Celtibero manus conseruit, et eum interfecit. | Caesius Scaeva, dum Caesaris legiones Britanniam inundant, rate ad scopulum litori proximum pervenit et ibi Britannorum impetum strenue sustinuit: | eius femur sagitta transfixum (est) et scutum crebris foraminibus transfossum est.

| correttezza morfo-sintattica* | | | | | | | | | | |
|-------------------------------|---|---|---|---|---|---|---|---|----|--------------------------|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | |
| | | | | | | | | | | <input type="checkbox"/> |
| | | | | | | | | | | |
| | | | | | | | | | | |
| | | | | | | | | | | |

nome e cognome classe IIC data 11/3/2006

Romulus, postquam urbem condidit, centum ex senioribus («i più anziani») civibus legit, quos senatores appellavit. | Senatorum consilio auxilioque regnavit atque omnia egit. | Senatorum numerus prope idem («quasi identico») fuit sub aliis regibus Romanis, | sed post reges exactos («dopo che i re furono cacciati») cum res publica instituta est, | senatorum numerus auctus est, | | quod viri qui summos magistratus gesserant iure senatores fiebant («diventavano»). | Senatores etiam patres appellabantur, quia et in secundis et in adversis rebus rei publicae tutores ac defensores putabantur. | Antiquis temporibus senatus tantum ex patriciis constabat, | sed, postquam magistratus etiam plebi patuerunt, plebei quoque senatores facti sunt («divennero»). | Cum Roma in magno periculo fuit, servata est non solum civium constantia, sociorum fide et exercitum virtute sed etiam prudentia senatus.

correttezza morfo-sintattica

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|----|
| | | | | | | | | | |

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome

classe *IIC* data *11/3/2006*

282 Esempi di coraggio

Quia tribuni plebis Saturnius et Equitius ac praetor Glaucia magnos seditionis motus in civitate excitabant | M. Aemilius Scaurus iam senex arma et ipse ad reipublicae salutem cepit, | atque ante Curiae fores stetit donec («finché») ictu saxi vulneratus est. | C. Caesar, quod acies sua propter Nerviorum multitudinem inclinabatur («ripiegava»), | rapuit scutum militi, qui admodum timide pugnabat, et strenue pugnare coepit («cominciò»). || Q. Occius, qui ob fortitudinem suam Achilles cognominabatur, quia miles ei rettulerat («aveva riferito»): | «A viro Celtibero provocatus es!», | statim a mensa surrexit, cum Celtibero manus conseruit, et eum interfecit. | Caesius Scaeva, dum Caesaris legiones e navibus in Britanniam exeunt, rate ad litus pervenit et ibi solus Britannorum impetum strenue sustinuit: | eius femur sagitta transfixum (est) et scutum transfossum est.

| correttezza morfo-sintattica* | | | | | | | | | | |
|-------------------------------|---|---|---|---|---|---|---|---|----|--|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | |
| | | | | | | | | | | |
| | | | | | | | | | | |
| comprensione generale | | | | | | | | | | |
| resa in italiano | | | | | | | | | | |

nome e cognome classe *IIC* data *11/3/2006*